Y c
416

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-67226-p0001-6

V. 2f F.

(cat. 4, 57. 58.)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-67226-p0002-2

Inhalt:

1. Tabula legum statutorum rc. civium acad. Jenensis. (Jena 1745.)
2. Leges et statuta acad. Jenens., nec non et edicta rc. s.l. & a.) Jena. ~~ca. 1710~~ 1724.).
3. Summa legum ac statutorum academiae Jenensis de moribus et studiis scholasticorum. s.l. & a.
4. Dieselben in anderer Ausgabe. s.l. & a.
5. Summa legum ac statutorum quibus civium acad. Jenens. mores et studia diriguntur. s.l. & a.
6. Gänzliche Abschaffung des schädl. Pennal-Wesens auf der Univ. zu Jehna. Aus dem Lat. übersetzt. Jena 1661.
7. Pennalismus proscriptus profligatusque ab academia Jenensi. Jenae 1661.
8. Patent, die Abschaffung der Nationalibus u. betreffend. (Jena 1724).
9. Johann Georgens Duell-Mandat. Eisenach 1694.
10. Programma quo ducum Saxoniae edictum adversus certamina singularia promulgatur. Jenae 1709.
11. Programma de compotationum tubarumque ac tympanorum abusu vitando. Jenae 1712.
12. Programma quo seren. principis interdicta adversus venationes civium, et instrumentorum bellicorum, ignitique pulveris usurpationem eduntur. Jenae 1714.
13. Progr. de rectoratu. Jen. 1613.
14. Relegatio Bornemanni et Knopfii. Jen. 1653.
15. Progr. de pennalismo. Jen. 1653.
16. Academiae Jenensi de cultu divino in templo acad. per Casp. Sagittarium matutinis dominicae diei horis inchoato gratulantur Sagittariani convictores. Jen. 1684.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-67226-p0003-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-67226-p0004-3

4. an 8
4
4.
4,57
57.

8.
an. 7

SUMMA LEGVM AC STATVTORVM ACADEMIAE JENENSIS

DE MORIBVS ET STVDIIS SCHOLASTICORVM.

Omnium virtutum maxima, maximeque neceſſaria eſt vera pietas ac DEI inuocatio; quippe radix ceterarum, rectrix vitæ, & præſidium in hac miſeria humana præcipuum. Huius doctrinam DEVS vult omnibus hominibus notiſſimam eſſe, & in quotidianis vitæ periculis ad vſum transferri. In hac igitur ſinguli Scholaſtici multum operæ ac ſtudii ponunto. Nec modo priuatim hanc virtutem exercento; ſed etiam publice in templis ſua vota gemitusque cum Eccleſia conjungunto. Blasphemiis penitus abſtineant; nec quidquam moliantur, ſcribant, faciantve, quod veræ religioni Chriſtianæ, puroque DEI verbo, aut ejus præconibus ac doctoribus, dedecori, contemtui, noxæ eſſe, vel diſſenſiones excitare poſſit. Quod ſi quis congreſſus & ſocietatem Eccleſiæ fugiet, doctrinamque diuinitus traditam aut omnino aſpernabitur, aut partem ejus flagitioſe ac pertinaciter corrumpet, in Academia ne feratur.

II. Rectori, & Profeſſoribus, tanquam alteris parentibus, obedientiam ſine murmure & contumacia; omnemque honorem, obſeruantiam, & gratum animum præſtanto.

III. Huius obedientiæ vt exſtet teſtimonium, ſciaturque, qui & vnde in Academiam venerint, quotquot ſocietatem noſtri agminis expetunt, intra proximum ab aduentu ſuo triduum nomina ſua coram Rectore profitentor, Albo ſtudioſorum inſcribenda: ſeque bona fide Fundatoribus Academiæ fideles, Rectori dicto audientes, & legibus obtemperantes fore, niſi minores annis XIIX. aut illuſtri proſapia orti ſint, iuranto. Qui non fecerit, ne toleretur in oppido, convictusque & habitatio illi denegetur.

IV. Vtque aduenientium profectus in ſtudiis explorari, & quæ cuique lectiones audiendæ ſint, indicari queat; qui nondum alibi ritibus Depoſitionis initiati, nec aliquo gradu Academico ornati ſunt, more maiorum, antequam in numerum ſtudioſorum recipiantur, hoc ritu initientur, & a Profeſſorum vno pluribusve in eorum ſtudia profectusq; inquiratur.

V. Quorum ætas tam matura nondum eſt, vt ſe ipſos ac ſtudia ſua poſſint regere, illi, ſi facultates eorum ferent, priuatos ſibi præceptores adſciſcunto, inque audiendis lectionibus publicis eorum conſilium ſequuntor; ſin, publicos Profeſſores conſulunto.

VI. Subinde quisque recordetur, debere ſe, quippe liberalibus ſtudiis addictos, plurimum diſtare a vulgo hominum; nec alia fini miſſos in Academiam, quam vt in humanioribus litteris, variisque ſcientiis & diſciplinis, virtute item & bonis moribus indies magis magisque proficiant. Quare in hæc omnia cunctos ingenii induſtriæque neruos intendunto: contra ea ocium, inertiam, voluptates, laſciuiam, petulantiam, & quæ præterea ſolido profectui bonisque moribus officiunt, aut Scholaſtico nomini ordinique litterario dedecus, odium, aut contemtum pariunt, modis omnibus fugiunto. Qui ſtudiis non incubuerint, nec vt Studioſos decet, ſe geſſerint, Rectorisque & Profeſſorum iuſſa detrectauerint, domum ad parentes, tutores aut propinquos ſuos, cauſſa eius rei perſcripta, remittuntor.

VII. Proinde modeſtiæ, vitæque ſanctitati & innocentiæ ſtudento; æqualitatem in contractibus colunto, & fidem pactorum pie inviolateque ſeruanto; conuicia, calumnias, vellicationes, iniurias vitanto; ſuum cuique locum & honorem tribuunto; denique omnibus triumphis hanc victoriam anteponunto, qua alios humanitate & 'ἐπιείκεια ſuperare ſtudemus.

IIX. Temperanter & ſobrie ſe gerunto, comeſſationes, compotationesque fugiunto: nec eas hoſpites toleranto, nedum adiuuent, aut prandia in cœnas, has in multam vsque noctem produci patiantur.

IX. Caſtitatem corporis, (cuius laude ni ſint ornati mores hominis, etiam ethnici poetæ iudicio ſpreti, & ſine honore iacebunt) conſtanter tueantur, ac ita regant animos, vt Deum inuocare poſſint; qui cum caſtisſima mens ſit, acerrime odit prohibitas libidines.

X. In veſtitu quoque & cultu gravitatem quandam præ ſe ferunto, eumque ſeruanto modum, vt appareat, eos non modo humana iudicia, ſed Dei quoque & angelorum oculos reuereri. Proinde, tanquam togati milites, palliati, præſertim in templo & Auditorio, incedunto, omnique leuiore habitu abſtinento.

XI. Pacem & concordiam, ad pietatem, virtutem & diſciplinam maximopere neceſſariam, cum inter ſe, tum cum ciuibus colunto: erga peregrinos modeſte ac pacifice ſe gerunto.

XII. Omnes tumultuum occaſiones vitanto, nec cuiusquam ædes oppugnanto, aut vim iis inferunto; nec in plateis aut alibi tumultuando turbas excitanto. Qui fecerit, relegatione, aut etiam, pro delicti modo, grauiore pœna afficitor.

XIII. Nemo agros, hortos, vineasque depopuletur, nec olera, fructus, vuas rapiunto, ſed iis penitus abſtinento. Nihil enim fœdius cogitari poteſt, quam ex aliorum detrimentis non modo fructum, ſed etiam voluptatem capere. Nec indignius quidquam ordine litterario, quam furti crimine ſe adligare. Qui fecerit, ſeuere punietur, ac damnum illatum reſarcire tenebitur.

XIV. Bombardas, aut Stlopeta, geſtare, niſi peregre profecturis, nemini; eadem vero intra oppidum aut in ſuburbio displodere, plane fas non eſto. Geſtantibus ea adimuntor, mulctaque aut pœna carceris; displodentibus relegatio irrogator.

XV. Duella omnia & Digladiationes, tam ſollennes, quam ſubitæ & nocturnæ, prohibitæ ſunto. Partes, nullo perſonarum diſcrimine, prouocata pariter ac prouocans, publice relegentur.

XVI. Clamores quoque & boatus illi barbarici tam domi, quam in plateis & ſuburbiis, diurnæ item nocturnæque diſcurſationes penitus interdictæ ſunto. Delinquentes carcere, aut, vbi enormius peccauerint, relegatione punientur.

XVII. Bacchanaliorum ferias laruato ſchemate, pompaque perſonata nemo celebrato. Qui id auſus fuerit, pulice relegetur.

XIIX. Nemo in Sala flumine lauet, natetue, qui fecerit, præter vitæ periculum (quod natantibus imminere, tot triſtes ſuffocatorum caſus docent) etiam magiſtratus animaduerſionem incurret.

XIX. Ferarum auiumque venationem & capturam penitus omittunto; quippe ad regalia Principum iuraque magiſtratuum pertinentem.

XX. Hoſpitia & muſea, quæ incolunt, ne vaſtanto; ſi fecerint, noxiam ſarciunto.

XXI. Nemo veteranorum a iunioribus vllo prætextu compotationes, conuiuia, pecuniam, ſeruitia, aut quidquam aliud exigito; nec verberibus, verbis, aliave ratione eos exagitato. Neque Nouitii horum aliquid admittunt, nec alio, quam honeſto, & qui veteranis in uſu eſt, veſtitu vtantur: petulantia omni publice priuatimque abſtinento; nec vlla ratione pennalismum, quem vocant, fovento aut ſubeunto. Delinquentes omni προσωποληψίᾳ ſepoſita, ſemel deprehenſi, publico & typis deſcripto programmate ad aliquot annos; iterum, in perpetuum; tertium, cum infamia relegentur; idque ad Academias federatas & cuiusque delinquentis magiſtratum perſcribatur; ablata cogantur reſtituere; nec niſi cunctorum Academiæ Nutritorum conſenſu recipiantur. Qui vero hoc genus delicta vllo modo iuuerit, inſpexerit, probauerit, in eum pro ratione delicti, relegatione priuata, carcere, aut mulcta animaduertatur.

XXII. Atque hæc omnia non modo Scholaſtici ipſi ne faciunto; ſed nec famulis ſuis permittunto. Hos a. tales condicunto, qui non ſint oneri Academiæ, ſed vel ſtudioſi, vel ſcholam triuialem frequentent.

XXIII. Recens Academiam ingreſſi, ad ſuperiorum Facultatum ſtudia illotis manibus ne ruunto; ſed prius in ſtudiis Philoſophiæ, linguarum, & Declamationum probe ſe exercento: nec cathedram disputandi gratia conſcendunto, antequam principia diſciplinarum animo conprehenderint.

XXIV. Nihil typis neque excudatur, neque recudatur, niſi a Decano Facultatis, ad quam cenſura ſcripti ſpectat, eiusve Collegis, viſum ante probatumque & permiſſum fuerit.

Formula Jurisjurandi iis, qui matriculæ Academiæ Jenenſis nomina ſua inſcribi, inque Studioſorum numerum recipi cupiunt, præſtandi.

Ego N. N. juro

Primò, me fundatoribus huius Academiæ, Sereniſſimis Principibus, Ducibus Saxoniæ, neque mediatè, neque immediatè detrimentum allaturum.

Secundò, me reuerentiam habiturum debitam Magnifico Domino Rectori & Profeſſoribus, & in regenda diſciplina obtemperaturum hujus Scholæ ſtatutis.

Tertio, me adhibiturum diligentiam in diſcendo, dignam perſona ſcholaſtica, & lectiones mihi neceſſarias auditurum ſedulo.

Quartò, Iniuriam mihi factam conſultò nec ipſum, nec per alium me vindicaturum, ſed ſuper illa imploraturum auxilium Rectoris.

Quinto, ſi quid delinquerem, aut aliquid haberem controuerſiæ cum alio, me acquieturum in Jurisdictione ſcholaſtica & fore contentum ſententia Dn. Rectoris aut Senatus, ſi is cauſſam cognoſcit. ITA ME DEVS ADIVVET.

Typis Bauhoferianis.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-67226-p0007-9

8. nr 7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-67226-p0008-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-67226-p0010-6

io; quip-
num. Hu-
anis vitæ
ſtudii po-
emplis ſua
nam moli-
ræconibus
s congres-
r, aut par-
macia ; o-
erint,quot-
ſua coram
emiæ fide-
ri proſapia
denegetur;
oppidano
dicatos, ne
dæ ſint, in-
nati ſunt,
à Profeſſo-
erunt, ido-
i facultates
um conſi-
e conſiliis
um diſtare
variisque
Quare in
, volupta-
, aut Scho-
us fugiun-
rofeſſorum
ſcripta, re-
s colunto,
as vitanto;
am antepo-
onvivia va-
edum adiu-
rit paſſusve
tudioſorum
dicio ſpreti,
oſſint; qui
nodum, ut
. Proindè,
leviore ha-
, cum inter
inſerunto;
, pro delicti

…TVT…ORVM ACADEMIAE JENENSIS
…UDII…S SCHOLASTICORVM.

XIII. Nemo *agros, hortos, vineasque* depopuletur, nec olera, fructus, uvas rapiunto, ſed iis penitus abſtinento. Nihil enim fœdius cogitari poteſt, quam ex aliorum detrimentis non modo fructum, ſed etiam voluptatem capere. Nec indignius quidquam ordine literario, quam furti crimine ſe adligare. Qui fecerit, ſeverè punietur, ac damnum illatum reſarcire tenebitur.

XIV. *Bombardas*, aut Sclopeta, geſtare, niſi peregre profecturis, nemini; eadem vero intra oppidum aut in ſuburbio diſplodere, plane fas non eſto. Geſtantibus ea adimuntor, mulctaque aut pœna carceris; diſplodentibus relegatio ir

XV. *Duella* omnia & Diglad & nocturnæ, prohibitæ ſunto. Partes, nullo perſonarum diſcri s, publice, ac typis deſcripto ac ad eorum magiſtratum mitten erint, etiam in perpetuum relegentur.

XVI. *Clamores* quoque & bo lateis & ſuburbiis, diurnæ item nocturnæque diſcurſationes p carcere, aut, ubi enormius peccaverint aut ſæpius deprehenſi f

XVII. *Bacchanaliorum* feriasl ta nemo celebrato. Qui id auſus fuerit, publice relegetur.

XIIX. Nemo in *Sala flumine* l periculum (quod natantibus imminere, tot triſtes ſuffocat animadverſionem incurret.

XIX. *Ferarum aviumque vena* ; quippe ad regalia Principum, juraque magiſtratuum pertinen

XX. *Hoſpita & muſea*, quæ inc n ſarciunto.

XXI. In ſuburbiis neque mu nducant.

XXII. Faces caute geſtent, ne ntve.

XXIII. Nemo veteranorum iones, convivia, pecuniam, ſervitia, aut quidquam aliud exigi e eos exagitato. Neque Novitii horum aliquid admittant, nec n uſu eſt, veſtitu utuntor, neque ullâ ratione Pennaliſmum, qu linquentes, omni προσωποληψίᾳ ſepoſita ſemel deprehenſi, publ aliquot annos; iterum, in perpetuum; tertium, cum infamia r ratas & cujusque delinquentis magiſtratum perſcribatur; ablat torum Academiæ Nutritorum con… …cipiantur. Qui vero , inſpexerit, probaverit; in eum pro ratione delicti, relegatione rtatur.

XXIV. Atque hæc omnia n d nec *famulis* ſuis permittunto. Hos a. non niſi Rectore conſci neri Academiæ, ſed vel ſtudioſi, vel ſcholam trivialem frequent s ne admittantur.

XXV. Recens Academiam i dia illotis manibus ne ruunto; ſed prius ductu Profeſſorum, q or illis indicaverit, in ſtudiis Philoſophiæ, lnguarum, & D e cathedram diſputandi gratia conſcendunto, antequam prin derint.

XXVI. Frequens diſcedenti riculi damnique plenus, penitus intermittitor.

XXVII. Nihil typis neque ex uam cenſura ſcripti ſpectat, ejusve Collegis, viſum ante prob

Formula Jurisjurandi, eis qui *inſcribi, inque Studioſorum*

I… …O

PRimò, me fundatoribus huj *ucibus Saxoniæ*, neque mediatè, neque immediate detriment

Secundò, me reverentiam hab *ori & Profeſſoribus*, & in regenda diſciplina obtemperaturum hu

Tertiò, me adhibiturum dilig holaſtica, & lectiones mihi neceſſarias auditurum ſedulo.

Quartò, injuriam mihi fact e vindicaturum, ſed ſuper illa imploraturum auxilium Recto

Quintò, ſi quid delinquerem, aut aliquid haberem controverſiæ cum alio, me acquieturum in jurisdictione ſcholaſtica, & fore contentum ſententia Dn. Rectoris aut Senatus, ſi is cauſam cognoſcit. ITA ME DEVS ADJUVET.

TYPIS GOLLNERIANIS.

A° MDCLXXVII d. 7. Decembris,
Academiae Jenensis civem ...
factum esse ...
...
Joannes Guilielmus Bajer D.